UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutiones Pastorales De Præceptis, Vitiis Capitalibus, Et De Sacramentis

Marchantius, Jacobus

Coloniæ Agrippinæ, 1655

Lectori Benevolo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41699

Visual Library

LECTORI BENEVOLO.

OCcaſione oblata à Sacr. Trident. Concil. *Seſſ.* 23. *cap. de Reform.* 1. verbis illis: *cum præcepto Divino mandatum ſit omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt, oves ſuas agnoſcere, pro his Sacrificium offerre, Verbique Divini prædicatione, Sacramentorum adminiſtratione, ac bonorum operum exemplo paſcere, pauperum, aliarumque miſerabilium perſonarum curam paternam gerere, & in cætera munia paſtoralia incumbere, &c.*

Inſtituit brevem tractatum POSSEVINUS MANTUANUS, ſeu Methodicam praxin CURAE PASTORALIS præcipuè circa REPENTINA & GENERALIORA quibus animarum ſaluti opportunè mediatur, quod quidem ea dexteritate præſtitit, ut quæ circa

Ad Lectorem.

Generaliora tradenda illucubravit omnibus ac ſingulis proſint: quæ circa Repentina adnotavit, huc ſolum ſpectent, ut velociſſimam ad aſtra viam ſequacibus præmonſtraret. Quare benevole Lector ſi ambis cœlorum axi inſeri hac utere directoria praxi, in qua ſic Author difficultatis obices deſtruxit, apices reſolvit, ut etſi multis additionibus, proficuiſque notis Andreæ Victorelli Theologiæ Doctoris profundiſſimi aucta, ampliata, ac dilatata ſit, nullum tamen erroris periculum timere debeas, ſi non per anguſtam doctrinis, ſed omni ſapientia, latiſſimam iſthanc viam ad cœlos nitaris.

* *
*

INDEX

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN